Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fluctibus. Dixerunt enim quasi aqua et
operuerunt currus et equites eorum
et cetera pharaonis qui secuti sunt in
gressi sunt mare nec unus quidem
superfluit ex eis. Filii autem israel pere
runt per medium siccum maris. Aque
erant eis quasi pro muro a dextris
et a sinistris. Liberauit ergo dominus
in die illo israel de manu egypto
rum et viderunt egyptios mortu
os super litus maris et manum magnam
quam exercuerat dominus in
eos timuit ergo dominum populus et cre
diderunt domino et moysi seruo eius
Tunc cecinit moyses et filii israel car
men hoc domino et dixerunt.

Cantemus domino. XV
gloriose enim magnificatus est
equum et ascensorem eius dei
cit in mare. Fortitudo et laus mea do
minus et factus est mihi in salutem
Iste deus meus et glorificabo eum. de
patris mei et exaltabo eum. Dom
inus quasi vir pugnator omnipo
tens nomen eius. currus pharaonis et exerci
tum eius proiecit in mare. Electi
principes eius sub mersi sunt in ma
ri rubro. abyssi operuerunt eos. descen
derunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua domine magnificata
est in fortitudine tua. dextera tua
domine percussit inimicum et in mul
titudine glorie tue deposuisti omnes
adversarios meos. Misisti ira tua
que devorauit eos sicut stipulam
et in spiritu furoris tui congregate
sunt aque. Stetit unda fluens
congregate sunt abyssi in medio
mari. Dixit inimicus persequar
et comprehendam illos. diuidam
spolia. implebitur anima mea. Eva
gabo gladium meum et interfi
ciet eos manus mea. Flauit spi
ritus tuus et operuit eos mare. sub
mersi sunt quasi plumbum in aq
ne vehementibus. Quis similis tui in
fortibus domine. quis similis tui
magnificus in sanctitate. terribilis
atque laudabilis et faciens mirabilia
Extendisti manum tuam et devoraui
eos terra. Dux fuisti in misericordia tua. pop
ulum quem redemisti. Et portasti eum in
fortitudine tua. ad habitaculum sanc
tum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt
dolores obtinuerunt habitatores pha
lisiim. Tunc conturbati sunt prin
cipes edom robustos moab obtinuit
tremor. obriguerunt omnes habita
tores chanaan. Irruat super eos for
mido et pauor. in magnitudine bra
chii tui. Fiant immobiles qui lapis.
donec pertranseat populus tuus domine.
donec pertranseat populus tuus iste quem
possedisti. Introduces eos et plantabis
eos in monte hereditatis tue firmis
simo habitaculo tuo. quod operatus es do
mine. Sanctuarium tuum domine
quod firmauerunt manus tue. dominus
regnabit in eternum et ultra. Ingres
sus est enim pharao cum curribus
et equitibus eius in mare et reduxit
super eos dominus aquas maris.
Filii autem israel ambulauerunt per siccum
in medio eius. Sumpsit ergo ma
ria prophetissa soror aaron tympanum
in manu. egressie que sunt omnes mu
lieres post eam cum tympanis et
choris quibus precinebat dicens. Can
temus domino gloriose enim magni
ficatus est equum et ascensorem eius